Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26220
Copyright: Admont, Benediktinerstift



84

dyso. Hoc enim communiter de omni peccatore sentiendum esse censeo quod si in ipso uite suae termino penituerit et corde non tulerit flagitiosus prioribus uitiis suis extitit. ita profecto ei cuncta peccata remittantur ut continuo ab hac uita sine omni examinatione insinuetur ad celestia regna. Ad confirmandum uero hunc errorem quidam scripturarum testimonia inducunt quae adusari nobis uidentur. Ex quibus est illud Ezechielis. Iustitia iusti non liberabit eum in quocumque die peccauerit et impietas impii non nocebit ei quocumque die conuersus fuerit ab impietate sua. Et rursum. Si dixero impio morte morieris et conuersus egerit penitentiam a peccato suo fecerit que iudicium et iustitiam, pignus debitori restituerit rapinamque reddiderit in mandatis uitae ambulauerit nec fecerit quod iniustum uitam uiuet et non morietur. Omnia peccata eius non imputabuntur ei. Hic quoque captos nos retiaculis scripturis iudicatis et dictis nobis